

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia af  
cum fonte primo

Magna est securitas cordis  
nil habere concupiscencie secularis.  
Nam si ad terrena adipiscenda cor inhiat,  
securum transillumque esse nullatenus potest  
quia aut non habita concupiscit ut habeat,  
aut adepta metuit ne amittat;  
et dum in aduersis sperat prospera,  
in prosperis formidat aduersa;  
huc illucque quasi quibusdam fluctibus uoluitur  
ac per modos uarios rerum alternantium  
mutabilitate uersatur.  
Si uero semel in appetitione superne patrie  
forti stabilitate animus figitur,  
minus temporalium rerum perturbacione uexatur.

Gregorius XXII. moralium super illud Iob: Si  
expauit ad multitudinem nimiam.

Magna est securitas cordis,  
nil concupiscentiae habere saecularis.  
Nam si ad terrena adipiscenda cor inhiat,  
securum tranquillumque esse nullatenus potest,  
quia aut non habita concupiscit ut habeat,  
aut adepta metuit ne amittat;  
et dum in aduersis sperat prospera,  
in prosperis formidat aduersa,  
huc illucque quasi quibusdam fluctibus uoluitur,  
ac per modos uarios rerum alternantium  
mutabilitate uersatur.  
Sin uero semel in appetitione supernae patriae  
forti stabilitate animus figitur,  
minus rerum temporalium perturbatione uexatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22.16 (CCSL  
143A, M. Adriaen ed., p.1117, ll.3-12).